

A ab his, qui eum illic introduxerant, ex eo loco eductus est. Statimque ad se rediens, toto corpore contremebat, lacrymarum fluminum instar ex ipsis oculis fluebant: atque omnis impudicitie turpido, quovis ceno & sanie fastidiosus, ipsi vultu est: memorique ea quae viderat recolens, tum bonorum illorum cupiditate, tum dolorum illorum metu correptus, in lecto iacebat, sic effectus, ut nulla ipsi exurgendi potestas esset. *Isaam. Damose. in hist. S. S. Barlaam & Iosaphat. c. 20.*

Recentius est illud ex *Annal. Societ. ann. 1596. sub Coll. Mexio. ad aed. S. Greg.* quod in Mexicana Provincia contigit anno Domini 1596. Erat in oppido quodam Mendicus indigena, tanta morbi pressu gravitate, ut die quadam sensibus omnibus destitutus pro mortuo haberetur: jacuit exanimi similis horas multas, ad eum vocatus noster Sacerdos, qui loca illa peragrabat, aegrotos levandi causa, cum explorato venarum pulsu, nullum in eo vitae residuum sensisset, ratus illum esse mortuum, quando nihil aliud supererat, funebrem illi ex forma Ecclesiae planodiam, caeremoniamque perolvit: ut, cum maturum esset, terrae mandaretur. Interim alios ejusdem oppidi aegrotos adit, cum ecce tibi post duas horas, exanimis B ille aegrotus, quasi somno exproptereus, Sacerdotem, cui peccata confiteatur, accessit postulat: advenit pater admirationis plenus, aegroti excipit confessionem, qua peracta, togas Sacerdotis aegrotus, ut quae in eo mentis excessu viderit, audire ne gravaretur. Narravit se in latam quandam viam, & spatiofam esse deductum, per quam innumerabiles homines iter facerent: hanc autem quod longius tenderet, eo magis in arcum coarctari: donec in vastum quandam hiatum, immenfamque voraginem desineret, quo cum descendisset, in eas angustias deversit, unde se non posse expedire, omni tum progrediendi, tum regrediendi adempto potestate. Conjectis inde oculis in objecta praecipua, vastam quasi calcariam fornacem vidisse ingenti igne succentam, inde has voces accepisse se (ad verbum refero) Nunc scelerati ebrietatis, turpitudinis & rapinarum poenas laevis: nunc illatas pauperibus injurias ulciscemur. Harum vocum terrore percussum sese, a viro admiranda specie in manu apprehensum, ex angustis illis, impeditisque ac confragosis salubris ereptum, in summum montis jugum, inde quae aspera, & lapidosa semita, in latissimam, amenissimamque planiciem, perpetua viriditate, gratissimamque florum specie vernantem esse deductum: inde in locum clariore lumine lucentem devenisse, ibi portam majore adhuc splendore fulgentem intrare conatum, à duce suo retentum esse, monitumque iterum, ut rediret in vitam, animique sordes confessione purgaret, tunc ipsi intra eam portam ingressum expeditum fore. Admonere igitur, subjecit ille, venificam illam popularem turam horum suppliciorum, quae vidisti: mortem propter imminere, aeternaque supplicia fornacis, quam spectasti, nisi animum male actae vitae penitendo subeas. Caciquium quoque (hoc iudicium indiget) Dynastae oppidorum domini afflictorum: & hic Christiana sacra iam susceperat in venerem, adiecit, & crapulam effusam, qui, quod procatius in omnium turpitudinum ceno voluere, velles induit mulieres; mox ut maturet sibi consulat; & per confessionem peccatorum, vim irati nutumque a se avertat. Quae cum narret, omnium sacramentorum praesidio munitus, triginta tantum vixit horis.

* INFERNALIU POENARUM ATROCITAS

ALIIS EXEMPLIS, ET APOPTHEGMATIBUS

adfecta.

D

EARUMQUE CONSIDERATIO PERUTILIS.

Juvenis quidam in Theonitae partibus, ex sanguine principum, plenissime generosus, sed moribus & vita degener, Episcopatum male sanctus accepit. Qui rapinis & luxuriis verendum primò, sed inverecondissimè postmodum operam dedit. Castigavit autem eum Dominus flagello multiplici. Sed cum abuteretur eo in superbiam, dedit eum Dominus in reprobam mortem. Qua in hora venerabilis Conradus, Deo dignus Hildemensis Episcopus, ad matutinas intempete noctis silentio surrexerat, illique dictis, relictis ad studium, facturus in die sermone. Nec mora, raptus in spiritu, videre se vitus est Episcopum quandam, velata facie, sed infulsi insignium, ad tribunal Judicis rapti. Mox adfuit truci vultu facillites, accusant Episcopum: unus in rapina, alius in caede hominum, atque alius in luxuriis lubricantem. Tunc Index assessoribus suis: Accusata discite, librate iudicium, ferte sententiam. Nec mora, afflictores parenti Judici, ferunt in commu-

ne sententiam. Judex approbat latam, accedunt ministri super fuliginem nigriores, qui ablata mitra de capite, Anulum, Casulam, Dalmaticam, ac reliqua Episcopalia vestimenta detracta, ad pedes Judicis ponunt, nudumque relictum, cum clamore rapiunt ejulantem, & à facie Judicis trahunt ad tartara, nihil secum praeter peccata portantem. Mox affertur Judicis surgent, & cum cantu canoro subsungunt, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His visis in spiritu dictus Hildemensis Episcopus, revertis in se cogitare cepit, quisnam fuerit ille miserabilis praefatus: & ecce quidam ad ostium pulsans, intronitus est, clamans cum lacrymis, talem Episcopum in proximam villam venisse de vespere, & sub eadem noctis hora repentina morte subtrahum. Quo audito sanctus praefatus, miserimo illi defuncto condoluit: & licet initer quodam subventionem, pro pietate tamen, lacrymas amarissimas fudit. *Thomas Caniprat. lib. 1. c. 3. 16.*

VVALTERUS de Mere vir nobilis, fratres Caroli V. Imper. cum aliquando navigaret ad partes Boreales, Islandiam versus, secundo vento, vidit navem ex adverso ferri, eundem secundo vento, atque in puppi illius quoddam monstrum, instar hominis nigerrimi, tanquam navarcham constitutum. F Cumque nauta hujus Vvalteri pro more acclamaret, quid mercium veherent, & quorsum tenderent? respondit quidam N. nominando civitatem, in qua fuerat Archiepiscopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito, Vvalters in mente totum contremuit, & vitae suae rationes subducere incipiens, cum primum Leidam Hollandiae reversus est, amplexus est institutum D. Francisci, ibidem sub patre Vvibelmo Delphensi professus (qui haec domi meae, in plena mensa, multis ignis viris assistentibus, exactè narravit) & postmodum Dordraci sepultus est. *Tilmannus Bredem. collat. sac. lib. 8. cap. 12.*

JULIANUS hujus Romane Ecclesiae, qui Deo auctore devotio, secundus defensor, qui ante septem ferme annos defunctus est, ad me adhuc in Monasterio positum, crebro veniebat, & mecum colloqui de amice utilitate confueverat. Hic itaque mihi quaedam de narravit, dicens: Theodorici Regis temporibus, pater foeci mei, in Sicilia exactorem canonis egerat, atque jam ad Italiam redibat. Cujus navis expulsa est ad insulam, quae Liparis appellatur. Et quia illi vi quidam solitarius magnae virtutis habitabat, dum nauta navis armamentaria repararet, visum est praedicto patri foeci mei, ad eundem virum Deo pergere, seque ejus orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidisset, eis inter alia colloquens dixit: Scitis, quia Rex Theodorici mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Abit nos cum videntem dimissimus, & nihil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est. Quibus Deo famulus addidit, dicens: Etiam mortuus est: Nam haesterno die hora nona inter Joannem Papam, & Symmachum Patricium discinctus, atque discalcatus, & vinculis manibus deductus, in hanc viciniam Vulcani ollam iactus est. Quod illi audientes, sollicitè conscriptum diem, atque in Italiam reversi, eo die Theodericum Regem invennerunt fuisse mortuum, quo de ejus exitu atque supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Joannem Papam affligendo in custodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidavit, ab illis iustè in ignem missus apparuit, quos in hac vita injustè judicavit. *S. Greg. lib. 4. Dial. c. 30.*

Joannes Cimachus narrat se in visitatione Monasteriorum Fratrem quandam, qui culinae curam habebat, reperisse singulari lacrymarum gratia praeditum; à quo cum sedulo sciscitatus fuisset, qua ratione tantum donum esset adeptus, demum precibus inductus Frater respondit: Se nunquam arbitratum in culinae ministeriis servire hominibus, sed in suis Fratribus de Apostolis bene mereri; & ex ignis, qui in perpetuo cernebat, conspectu, vasti ignis inferni incendia animo versasse. Quae considerato uberes ex oculis lacrymas solebat elicere. *In Scala Spirit. grad. 4.*

EBROINUS magna impietatis homo, clericaturam abiciens, à Luxonio caenobio egressus, seductus sine dubio à spiritu mendacii, qui dixerat ei, quod duodeviginti annis viveret, copis undecunq; sibi aggregatis, principatum vi sub Theodorico Rege obtinuit, & continuo S. Leodegarii diversis penis affectum gladio percussit. Gerinum quoque fratrem ejus diu excruciatum petem, multos cogens in exilium, ablatis facultatibus. Sed Ebroinus crudelitatem nimium sevens, ab Hermenfrido Franco intersectus est. Sed quomodo ejus animam excepit locus infernus, Adonem Viennensem ista narantem audi. Erat, inquit, tunc temporis vir oculis caecatus, unus

A unus de illis, quibus Ebroinus effoderat lumina, in Insula Lugdunenensis provinciae, quae Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Sicannae fluminis orandi gratia resideret, audivit navigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis insurgentium. Cumque interrogaret, quò navigium illud tenderet? vox in auribus ejus percrebuit, Ebroinus est quem ad Vulcaniam ollam deferimus: ibi enim facti sui poenas luet. Hoc idem vir audivit ad consolationem sui, ut sciret, quam poenam persequentes iustorum sentirent, secundum illud Davidicum: Latabitur iustus, cum viderit vindictam. *Ado in Chron. etat. 6.*

Subeat animum inextinguibilis ille ignis, in Dei furore (ut loquitur Scriptura) succensus, qui succensus non indiget, & ardore quo impio ardus, non caret: cuius vel sola cogitatio peccati libidinem refrenat, & ut in Dei amore proficiamus, impellit. Ita Abbas Olympius, cum cellulam per exiguum incoheret, quam & altus impetebat, & cyniphum aculeata turba: rogatus, qui in ea tanto tempore moraretur? Libens, respondit, ista tolero, ut in futurum cruciatibus eripiar. Cyniphes quippe perfero, ut in mortalem effugiam vermem; ignem vero, sempiterni ardoris supplicia perhorrescens. *Ex Climac. in Prat. Spir. c. 14. Laur. Beyerlink in Apophtheg. Christian.*

Venerat ad Alexandrum Abbatem quidam ex fratribus Eremitis querulus, quòd accedia nimique corpore infestaretur: ideoque locum mutare se velie affirmabat. Cui Alexander: Fili, signum est te neque colorum, neque inferorum regnum in mente habere: nam qui ista concipit, crede, accediam non sentit. *Ibid. c. 142.*

Et quis Franciscum Borgiam non eloquatur? Tertiana laborabat gravi & ardente: cumque altero ac nocterali die recurrens, ignis medullas concoqueret, & Equaniam, inquit, illos flammæ urunt, qui ob flagitia apud inferos aeternas poenas sustinent: quique expiant igne, cum certa beatitudinis spe purgantur? *Ex Ribad. Vita, c. 5. Idem.*

Prodat hic etiam Morus, vir, si alius ullus religiosus & timoratus, qui percontanti, quanam expeditum magis ad Inferos iter redderet? dicebat: Luxus & libido, quod etiam hoc disticho, Progymnasmatibus suis inserto, indicavit:

Si quis ad inferos properat descendere. Manes, Huc iter accelerant Balnea, Vina, Venus, C. In Epigram. Th. Mori. Idem.

Res mira quam refert venerabilis Beda. Senex quidam vitae restitutus in Eremum concessit: ubi supra hominem austerum & religiosum vitam duxit. Increpabant vicini, quòd se enecat, quibus ille in lacrymas solatus: O urinam vobis datum ea videret, quae ego vidi! certo certius assero, has poenas nihil esse ad aeternas illas, quae mihi vitæ. *Ex Beda de Gest. Angl. idem ibid.*

Hunc ignem jupiter proponebat sibi sanctus ille Abbas in *vitis Patr. lib. 7. c. 44.* dicens: Ego ob peccata mea inferno ad judicavi meipsum, dicoque, Eito cum his quibus dignus es, istis post modicum annumeraberis. Video igitur ibi pares geminus & inextinguibilis lacrymas. Aspicio stridentes dentibus, & talentes toto corpore, & trementes à capite usque ad pedes. Video mare ignis bullentis impenabile, & circumfluens & mugientes, ut patent aliqui usque ad caelos attingere fluctus ignis, & in tremendo illo mari innumerabiles homines dejectos, & una voce omnes clamantes & ululantes simul, quales nemo super terram ululatus & voces unquam audierat, & sicut arenaria omnis virgultu cremaret: misericordia autem Dei se avertente ab illis. Et tunc lamentor genus hominum, quod audeat loqui, vel culibet atterere, tantis mundo repositus malis. Et in his teneo mentem meam, luctum meditans, indignum me caelo & terra iudicans.

Juvat hic subnectere fragmentum sermonis quem habuit *Basilius vere Magnus in Psal. 33.* de praesenti Argumento: Cum reinguit, invalerit appetitus peccandi, velim cogites horribile illud & intolerabile Christi tribunal, in quo praesidet iudex in alto & excelso throno: adsit autem omnis creatura, ad gloriosum illius conspectum contremiscens. Adducendi etiam nos sumus singuli, eorum quae in vita gesserimus, rationem reddaturi. Mox illis qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidam & deformes assident Angeli, igneos vultus praese ferentes, atque ignem spirantes, ea re propoliti & voluntatem accerbitatem offendentis, nocti vultu similes, propter morem & odium in humanum genus. Ad haec cogites profundum baratrum, inextinguibiles tenebras, ignem carentem splendore, verendi quidem vni habentem, sed privatum lumine: deinde verum genus venenum immittens, & carneum vorans, inextinguibiliter edens, neque unquam satietatem fen-

tiens, intolerabiles dolores corrosione ipsa insgens. Postremo, quod suppliciorum omnium gravissimum est, opprobrium illud & confusionem sempiternam. Haec time, & hoc timore correptus, animam à peccatorum concupiscentia tantquam frano quodam reptime, &c.

* Infidelitas.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Nfidelitas sonat negationem fidei: cumque naturale sit homini habere fidem, contingit pluribus modis, in homine deesse fidem, qui omnes ad culpam, vel ad penam pertinent. Cum autem homo per infidelitatem maxime recedat à Deo & impediatur remissionem aliorum peccatorum, quia sine fide Deo placere est impossibile; merito Infidelitas censetur maximum peccatorum eorum, quae committuntur contra virtutes morales; alioquin odium Dei majus est, & desperatio ex parte nostra magis execrabilis & periculosa.

INFIDELITATIS SPECIES.

D. Thomas 2. 2. q. 10. art. 5. tres ponit species infidelitatis, juxta tres modos, quibus contingit aliquem reniti fidei. Vel enim renititur quis fidei nunquam à se suscepra; estque Paganismus: vel renititur fidei quam suscepra in figura, estque Judaismus: vel denique renititur fidei quam in veritate se habere & suscepra profiteretur, estque Haereticus. Turcismus vero ad Paganismum reducitur, cum sit discessio à Christiana Religione, idque ex professo.

De his speciebus Consule Locos & Titulos illarum in particulari.

* Infinitum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Nfinitum a Graeco, definitur Philosophia, i. cuius semper aliquid extra rationem quantitatis accipi potest. Ita *Arist. lib. 3. c. 7. Physic.* Et confirmat hanc descriptionem ex communi hominum sensu, qui annulos dicunt infinitos qui pala carent, eò quòd quantumcumque volvas, finem non reperias. *G. VARIAE DE EO OPINIONES.*

Fuit veterum quorundam aeternitatem mundo affingentium error, dari infinitum secundam quantitatem. Attamen illud actu non dari, verissimum est, sed potentia: quale est continuum, tempus, motus, numerus, quae actu sunt finita; habent enim partes politas in continuo fluxu, & nunquam omnes simul existentes, ita ut semper sit aliqua pars in potentia. Infinitum secundum substantiam est unus solus Deus, cujus essentia est infinita perfectionis & virtutis, ac totius entis perfectionem includit. Praeter Deum nulla datur substantia infinita.

PLATO ponebat Ideas infinitas: Pythagoras verò ponebat infinitum in spatiis extra caelum.

SPECIES.

Infinitum est duplex: Infinitum actu & infinitum potentia. Infinitum actu definitur, quod sine fine potest dividi divisione progrediente per partes aequales, quas simul habet. Infinitum potentia dicitur, quod quidem actu finem habet, sed potest tamen sine fine dividi per partes proportionales. Dividit infinitum potentia in infinitum potentia additione, & infinitum potentia divisione. Prus est, quod in infinitum potest augeri partium additione. Posterior, quod potest in infinitum dividi, quale est continuum: exemplum verò prioris est numerus.

Ingenium. Indoles.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

I Ngenium, Graeco *νοησις*, & *δωρεσις*, industrius & ingeniosus dicitur. Est autem ingenium extenso intellectu ad intellectuum cognitionem. Ingenium significat proprie naturam cuique ingentiam. *Terent.* Nam qui cum ingenio constitatur ejusmodi, id est, cum hominibus ejusmodi naturae; unde & à gignendo nomen habet. *Cicero* hac voce appellat omnes animae facultates, *lib. 5. de finib.*

APOPTHEGMATA.

ISOCRATES pueros candidos, ac felici ingenio natos, appellare solebat *δωρεσις*, id est Deorum filios: eò quo hominis

A minis mens divina sit originis, qua qui precellit, Deos parentes referre videtur. Prisci demonibus attribuebant corpora eosque Deorum filios appellabant. Demones autem a scientia disti sunt, quasi *Dei* quorum prior erat acerrimo ingenio, alter leni, dicere solebat, se alteri adhibere calcaria, alteri frenos. Præcipuum est, ut Doctor animadvertat ingenium, ac naturam discipulorum. *Meminit M. Tullius de claris Oratoribus.*

DEMETRIUS Phalereus hominum fastuosorum sublimitatem dicebat amputandam, sed relinquendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod redundat, recidendum est. *Laert. lib. 5. c. 5.*

CICERO de C. Caesare dicere solebat: Quoties hujus astutiam & ambitionem video sub humanitatis specie latentem, metuo Reipubl. tyrannum: rursus cum comas molliet fluentem, & ipsum uno digito scalpentem caput intueor, vix animum inducere possum, ut tantum facinus animo concipiat. *Erasm. lib. 4. apoph.*

B INGENII, INDOLIS POSSESSIO. IN GENERE.

INGENIORUM VARIETAS. HUC POPULORUM DIVERSI MORES.

Sicut quaedam regiones sunt, quæ acuta ingenia & solertia signant, ut quibus est aer purus & tenuis, velut Athenis: aliæ, quæ renua & hebetiora, ut quibus crassus & pinguis, sicut Thebis: ita ex caligine vel clementia, nonnunquam ex sidetum statu vel influxu virtutes vitiaque gentibus insuscitantur; quæ ingenta adeo loci incolas afficiunt, itaque corporibus animisque insident, ut illa habeant propria & perpetua.

Sic Campani superbi natura, & bonitate agrorum ex mississimo celo, & affluenti copia voluptatum terrestrium mariumarumque rerum, semper habitii sunt. Domicilium enim imperbiæ (ut Cicero inquit) penes Campanos fuit.

Argivi & Brutii, ex more insito genti, latrones; illorum namque ingenia latrocinii læta sunt, & rapinis gaudent.

Rhegini pavidi & formidolosi. Itali nobilitate præstant, & regali quadam magnificentia lauti & magni sunt.

Galli super insitam genti vanitatem, mobiles & solidi, contentions avidi, consilii que capiendi non ratione, sed impetu feruntur: religioni tamen devotos esse, haud dubium est. Nempe hæc de Gallis homo Italus, & Aragoniæ factioni addictus.

Hispani jactantur, duri & parci, ab aetereque acerrimi, ad incediam laboreque atque ad mortem parati.

Græci licet ingenio & facundia præstant, eos tamen rationis vitio (unde Græca fides in proverbium venit) assentatores, leves, atque infideles esse, manifestum est.

Cappadoces, Cilices, & Cretenses, suo ingenio fraudulentis & mendaces: quippe promissi fidem fallunt, & perjurio se adstringunt: in quorum notam Græcum illud est, *Πιστις καὶ κλέψα*.

Apri subdoli & mendaces, quoniam multum classe rebusque maritimis valeant, ulu & commercio multarum gentium ad fallendum prouisi & solertes sunt; apud eos enim frequentes mercatores ventitant, & studio quæritus, quæ usui sint merces, important.

Numidae verò levissimi fidei ingenia. Chii penulitissimi: atque cum tribunal Ephorum Sparæ sceleratissimi, ob perulantiam, qua naturæ vitio laborant, ab Ephoris impunè tulere.

Galate mimaces, Syri cupidi & avari, præter modum rerum appetentes, gens iniqua, avidaque in novitates. Alexandrini derisores & dicaces.

Inci & Persæ otiosi: neque enim abs te proditum est, otium, fratrem esse libertatis; quod de Aetolis quoque traditur, qui nullius imperio paruerunt. Hi enim cum perpetuò liberi sint in otio degunt.

Contra verò Lydos & Phryges, quin Regibus seruiant, negotiis intentos esse & laboriosos. Emporiarum imbelles & barbari.

Aetoli & Locrenses sceleratissimi. Druide religiosi & malifici, supra quam dici potest: nam dedita superstitionibus gens, in factus hominem immolat, &

crucore captivorum adeolet aras, viscumque & alia dicta nefanda pro numinibus colit.

Germani & Cimbri, duri & laboriosi: latrocinii tamen & rapinis, quorum nullam infamiam putant, a pueritia dediti: quare Cimbro Germani prædones vocant; quorum vires ad impetum valide sunt, sed momento temporis dilabuntur.

Corfi duri & immanes, horridi ingenitis: quippe qui ipsas belluas crudelitate vincant, truci ore ingenitam immanitatem præferentes.

Seythæ quoque rapidi & feroces, & dira feritate grassantes: suis tamen rebus contenti, nihil alienum appetentes, apud quos nihil est furto gravius.

Asiani, Jones, Abydeni, Medi, Arabes, Tarentini, & Galatæ, molles & effeminati, enervatis animis, ad incertam nequitiamque parati, omnibus inbuti delinquentis, in gymnasiis & turpibus amoribus exerciti. Illecebræ enim luxuriæ ad extinguendum vigorem animi apud eos sunt.

Siculi vasto & monstrifico ingenio. Alti supra Byzantium, dolosi maxime.

Contra verò Cumani in Aetolia, hebetes & insulsi: quippe qui pluvie tempore, nisi admonerentur voce præconis, porticus non subeant.

Bæotii & Thebani, plus habent virium, quam ingenii. Syracusani variæ multiplicique nature: aut enim excellentissimi & omni virtutum genere præditi, aut improbilissimi & omnibus vitis depravati: quod de Atheniensibus quoque proditur.

Hædii iracundi & temerarii, turbulenti & concitati animi. Ligures duri, agrestes & fallaces suapte natura, & ex sterili agro, & aspero quæ incolunt, nihil ferendo, nisi magno labore partum. *Maximus Tyrius* prodidit, Crotonianas palestra & gymnico certamine valere, Lacedæmonios pedestri, Athenienses navali, venatu Cretenses, Sybaritas luxu, Thebanos tibis, Jones choro & cantu. Idem adnotavit vulgari adagio ferri, Medicum mollium, Sardapanali luxum, delicias Jonicas, Siculas menas, salationes Sybariticas, Corinthios meretricum. Arium quoque disciplina Menander dixit nativa consuetudine distingui nationibus variis. Namque Mityleni cithara delectantur, Thebani tibia, Alexandrini geometria valent, Athenienses statuarum & pictura, Crotonianæ medicina, Aeginetæ athletarum pugna. Quod proximè accedit ad id quod *Enstathius* memorie prodidit, forsitan mutatus ab illis, Bæotios circa palestam reliquasque artes gymnicas valde probari, Athenienses in navalibus, Theffalos in equestri (quippe cum ex equo primam pugnam docuerint) Lacedæmonios legibus valere, Cretengos in ephectica scientia. *Alex. lib. 4. c. 13.*

Europæi Afaticis bellicosiores sunt, tum natura, propter anni tempus magnam inaequalitatem, quæ ad animi & ad corporis duriciem facit: tum lege. Nam cum sui sint juris, & pro seipis, non pro aliis pericula suscipiant, magna animi aseritate difficultates omnes subeunt, ex re bene gesta victoriæ præmia reportantur. *Hipp. de Aere, aquis, locis.*

Atheniensis populus facillè movetur ad iram, facillè reflectitur ad miseratorem, propter suspicari potius quam doceri pedentem vult: ad subveniendum hominibus obsecris & abjectis promptior est: item orationibus jocosis & ridiculis mulctetur, eaque antepont. Celebrantibus ipsum maxime retinetur, taxantibus minimè succentur. Formidabilis est vel summis magistratibus: contra clemens etiam erga hostes. *H. Pnt. in Præceptis politicis.*

Populi Carthageniensis mores, acerbis, tristes, dicto magistratibus diligentes: duri ius, quibus imperant, objecto languidissimi terrore, levissimi in ira, in delinquentes constantes, a locis & salibus alieni & abortientes. Non hi, si Cleon ab ipsis postulasset, quoniam sacrificarat, & invitaret hospites in concionem producerent, cum risu & plausu consurrexissent. Neque Alcibiadi, cum in concione cornu ex pallio ejus evolvasset, propensè ad eam recipiendam & restituendam adfuerunt, verum necesse est eos, qui ipsos ludibrio haberent. Annonem, quod leonem secum in expeditionibus duceret, qui facinas suas ferebat, intentantes affectare cum tyrannidem, in exilium egere. *ibidem.*

Consule Locum de Gente, Populo, Moribus.

SINGULORUM DIVERSI MORES.

ALEXANDER Magnus puer etiamnum citharam pulsare dicebat. Magistro jubente, chordam quandam tangere modulo convenientem, & quam postulat artis ratio: Et quid inter-

est,

A est, inquit, etiam hanc pulsavero? in aliam dignum intendens. Tum is respondit: Nihil interesse Regis, sed non eodem modo nihil interesse futuri civitatis. Cavete admodum violenter discipuli ingenium admodens, ne sibi idem quod Lino contingeret, quem Hercules acerbè reprehensus plectro petculum interfecit. *Ælianus lib. 3. de Variâ historia.*

Zethus & Amphion fratres diversorum morum atque studiorum. *Inde Horat. lib. 1. epist. 19.*

Nec quum venari volet ille, pemat a panzer. Grata sic fratrum geminorum Amphionis atque Zethi dissiuit, donec suspensa fervero. Conticuit lyra: fratrem esse cefisse putatur. *Moribus Amphion.*

ARISTÆNETUS, sive Aristæus, & Philoxæmen Megalopolitanus Achei, ita inter se juncti fuerunt, ut nec eodem essent ingenio, nec eandem Republicæ sectam sequerentur. Nam Philoxæmen quidem & animo & corpore ad omnes bellicos usus ab ipsa natura factus erat: aliter autem ad Reipublicæ gubernationem, & deliberationes que eloquentiam postulabant. Jam sceleratè Republicæ ita inter se differabant. Nam cum Romanorum amplitudo jam & Philippicis & Antiochicis temporibus profusa cum Græco Imperio implicaretur: Aristænetus Rempublicam ita temperabat, ut quicquid Romanis accommodatum esset, alacriter faceret, interdum etiam iussa illorum anteverteret: interim tamen operam dabat, ut leges servare videretur, eamque speciem prætendebat, si qui illorum Romanorum literis aperte refragaretur. At Philoxæmen, si quid eorum, quæ postulabantur, consentaneum legibus erat, & societati concedebat omnia, & sine detractione adjuvabat. Si quid verò præter illas mandasset, additi non poterat, ut utroque pateret: sed à magistratibus primum id approbandum, deinde iterum petendum esse asserbat. Quod si ne sic quidem persuasisset, tandem vel deos obtectatus, cedebat, & impetrata faciebat. *Svidas.*

IN SPECIE. INGENIA QUALIA.

Æ Aristoteles libro secundo Rhetoricorum, ingenia qualitatibus respectu facit duplicia: alia quidem bene à natura conformata dividit in *Acuta* & *Stantia*, ratione moris celeris, *Celæ tarsi* (illa *Mobilis* & *Acuta*, hæc *Stantia* dici possunt) alia verò, malè à natura conformata, *parva scilicet* & *rudis*, quando mobilis nimia favore, *stabilis* nimia stuporem invehit. Sic *Alcibiadis* & *Dionysii* majoris posteror in *maximo*, *Socratis* & *Cimonis* in *rudis* degenerasse. Ad quas differentias principes quævis alia ingeniarum differentie referri possunt, *Magna*, *Parva*, *Mediocri*, *Felicia*, *Infelicia*, *Apra*, *Inapta*, *Velocia*, *Tarda*, *Acuta*, *Obtusa*, *Præcocia*, *Serotina*: prout ab *Alti* omni magnitudine, à *successu*, *accommodatone* *apta*, *vel expedita*, à *comprehensione* *facili*, à *mauritate*, eorumdem sit denominatio.

MAGNA. ILLUSTRIA.

Quicumque in quocumque vite genere excelluerunt, præter Institutionis & Exercitationis præsidia, Ingenii velus fundamentum habuerunt, necesse est. Expropter Ingenia magna hic ponimus, actionibus illis illustrata & declarata.

In Theoticis.

GUILIELMO Budeo Gallicæ acutior ingenio, acriori judicio, exactiore diligentia, majore eruditione nihil unquam produxit: hæc verò ætate nec Italia quidem. Nihil est unquam vel Græcorum, vel Latinorum scriptorum, quod ille non evolvent, legerit, excussisset: Græcæ & Latine juxta & summe caller. Tam facillè utraque lingua loquitur, quam Gallica, quæ est et vernacula: haud scio, an etiam facilius. De libro Græco que sunt scripta, legit Latine: de Latino, Græcè. Hæc que videmus tam elaboratè, tam excultè ab eo conscripta, extemporali sunt ei facilitate parva. Facillè cum Græcè scribit, tam Latine, quam etiam earum linguarum peritissimi intelligant. Nihil est tam reconditum, tam abstrusum in his linguis, quod non pervestigat, adierit, inpererit, & velut Cæterum è tenebris producerit in lucem. Infinitæ sunt, seu vocum significationes, seu loquendi figuræ, ac proprietates, quas unus Budei opera sciunt homines studiosi, prioribus sæculis ignoratas. Et hæc quidem omnia tanta, & tam admirabilia, ipse per se sine magistro ullo perdidit. Felix ac secundum ingenium, quod in se uno invenit & doctorem, & discipulum, & docendi viam, rationemque.

Et cujus decimam partem alii sub magnis magistris vix dicunt, E ipse id totum à se magistro edocuit est. Nihil dixi de scientia Juris, quæ per ipsum instaurari collapsa jam capta: nihil de Philosophia, cujus ipse in libris de Aste id specimen edidit, quod edere non quis vellet, nisi homo, qui omnium philosophorum libris assidue versatus esset, maximoque in eis progressus haberet. Accedit his omnibus, quod haud dubiè cæteras res universas antecellit, probitas tantæ doctrinæ congrua, decenque, tam rara, tamque admirabilis, ut sine cæteris ingenti dotibus monumentique miraculum posset videri: ut eruditione, ita & probitate superiorem non habet. Qui in omni vita actibusque tam variis primas semper religioni partes attribuit. Qui vir conjugatus, liberorum plenus, nunquam commodis ullis & rei familiaris incrementis transverfus est actus; semper se suamque fortunam rexit, & moderatus est: nec à fortuna, quantumvis magna spe propolita, abripi sese permisit: semper seipsum habuit in sua potestate. Homo versatus in legationibus, in aula, inter principes viros, nihil unquam gratiæ dedit: nulli assentari in animum induxit, patrimonium nunquam auxit, quod à recto vel pilum latum deflectere non sustulit: in seipsum actor, quam in alios, iudex: muneribus invidiosissimus functus, non invenit à quo labecula spargeretur ulla, vel suspicione criminis qualibet perstringeretur, etiam in libera gente, nec omnino muta, & satis suspicaci. *Lud. Vives in 2. lib. Augustini de Civitate Dei, cap. 17.*

In Præctis.

AGATHOCLEM Siciliæ tyrannum excellentes ingenii, atque animi dotes habuisse, ex eo constat, quod anno ætatis circiter decimo octavo Syraculas, prope quas natus fuerat, consurgens, à rota figulina, à fumo, à limo, non multo post omnem Siciliam suæ ditionis fecit, Carthagenienses in summa discrimina adduxit, denique Imperio senex vitam exegit, appellatone regia. *Svidas & Justinus, lib. 22.*

DEMETRIUS Poliorcetes & M. Antonius Triumvir maximè ad stipulati sunt Platoni, vita item magna, ut virtutes, à magna profertur indole. Fuerunt æque lustris vinoque dediti, bellicosi, munifici, sumptuosi, insolentes. Jam fortunæ quoque habuerunt paritates consentaneas. Non solum enim per totam vitam reliquam magnas res feliciter gesserunt, magnis in rebus cessitaverunt, plurimas potuit sunt, plurimas amiserunt, inopinatè conciderunt, præter seipem denudè sunt exiit: verum etiam vitam sicutur, captus alter ab hostibus, alter penè in eam fortunam delapsus. *Plutarch. in Demetrii proemio.*

VICTORINO, qui Gallias post Junium Posthumium rexit, neminem existimant præferendum, non virtute Trajanum, non Antoninum clementem, non gravitate Nervam, non in gubernando ætario Vespasianum, non in censura aut severitate totius vite Pertinacem, vel Severum: sed omnia hæc libido & cupiditas muliebri voluptatis sic perdidit, ut nemo audeat virtutes ejus literis mandare. *Trebellius Pollio.*

In utriusque.

In Christiano Moguntino Archiepiscopo, qui bella graviss. pro Friderico I. Imperatore in Italia felicissimè gessit, multa fuere præclara, quod facundus, liberalis, illustris, magnanimus: Latina, Romana, Gallica, Græca, Lombardica, Brabantica lingua, ut sua utebatur, natione Thuringus. Hone suo tempore orantem Itali sunt mirati. Divinarum scripturarum non erat ignarus: quem Leo Tullus, notarius Emmanuelis Imperatoris Orientalis Græcorum, laudibus effert. Scripsit etiam Friderici Imperatoris vitam, epistolas diversas, & orationes. Nulla civitas, arx nulla restitit oppugnant. *Crantz. in lib. 6. Metrop. c. ult.*

INFELICIA.

Cum Cumanus Ephorus ex Iococratis ludu sine ullo frustu diceisset, eodemque à patre Demophilo remissus esset, deperiturus alteram mercedem, ludens Diplaton eum appellavit. Magnam curam tamen in eo posuit excolendo, & quemadmodum arte commode uteretur, ipse ei præcepta dedit. *Plutarch. in vita Iococrati.*

APTA.

M. CATO talis erat, ut si arma sumpsisset, natum in armis crederet: si se ad studia converterisset, inter literas educatum. De eo *Tit. Livius Decad. 4. lib. 1.* ita prædicat: In hoc viro tanta vis animi ingenique fuit, ut quocumque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur. *Erasmus in Adagius.*

IN EP-

A INEPTA. Cn. CORNELIUS SCIPIO, Hispani filius, priusquam mereri possit, cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret, decrevit, adjecta causa, quod recte facere nesciret. Itaque propter inhonestum vite actum, sine ullo provinciali ministerio, tamen repetundarum lege damnatus est. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.

A CUTA. VIMUTUS civis Romanus, Augusti tempore, quo nemo in agendis causis praestantius habuit ingenium: quicquid longa cogitatio illi praefatura erat, prima intuitio animi habebat, ex tempore causas agebat: sed non desiderabat hanc conditionem, ut ex tempore agere videretur. Volaterranus lib. 20. & Seneca in Declamationibus.

D. Augusti lib. 4. Confessionum, c. 16. ingenii acumen in intelligendo simul & disputando sibi divinitus datum fateretur: sed hoc unum dolet, quod hoc Dei dono non recte uteretur, neque illud sacrificaret auctori suo. Vigesimo aetatis anno Categoria Aristot. ignotas prius, nullo interpretante per se intellexit: adeoque exacte, ut faceret eos, qui sub opt. magistris eas haurerant, superaret.

B OBTUSA, CRASSA, PINGUIA. PLUTARCHUS Beotus ipse, cum aliis aliquot locis, tum in commentario de carnium usu, scribit ab Atticis notatos Beotos, tanquam brutos & stupidos, ac pingues: idque propter edacitatem: quod ea gens magis studuerit exercendis corporibus, quam animis excolendis. Unde, teste Stephano, quidam putaverunt nomen regioni inditum.

UERO, Verimundus Danorum regis F. coaevos quoque corporis habitu supergressus, ad hoc hebetis ineptique animi principium juvene existimatus est, ut privatis, ac publicis rebus inutilis videretur. Siquidem ab ineunte aetate nunquam lusus, aut joci consuetudinem praebuit: ideoque humanae delectationis vacuum fuit, ut laborum continentiam jugi silentio premeret, & incertitatem otis a ridendi prolixo officio temperaret. Verum ut (venustabula stoliditatis opinione referta habuit, ita postmodum conditionis contemptum claritate mutavit: & quantum inertiae spectaculum fuit, tantum prudentiae & fortitudinis exemplum evasit. Cujus pater frocidiam contemplatus, fidiam ex Sletuicentium praefecti in matrimonium dedit, ut loceri prudentia regnum efirmaret. Saxo lib. 4.

C AETHENODORUS STOICUS, Angusto familiaris, igni similis esse dicebatur a Sallustio, propinqua omnia incendendi, ob fervorem & successum in docendo. Svidas.

FIRMA, CTAELMA. CIMON Miltiades F. qui in carcere obijt, admodum adolescens, cum Elpence foret adhuc virgine & innupta orbus, in prima aetate apud populum infamis fuit, & male auditus ex lustris & violentia, quasi avum referens ingenio Cimoneum, quem ajunt ob mentis suporem Coalemum, id est, fatuum fuisse dictum. Stesimbrotus Thasius, Cimoni ferè coaevus, nec musica cum, nec ulla alia instructum liberali disciplina & Graecis usitata, memorat fuisse: mores vero insigni generositate & sinceritate tinctos, potiusque ingenium hujus viri Peloponnesium fuisse.

Et candidum, simplexque, bonumque in maximis. ut apud Euripidem Hercules. Et tamen hic stupidus homo res postea gessit pro Athenensium Republ. maximas. Plutare. in ejus vita.

D QUINT. FABIUS MAXIM. Dictator, Ovacula puer etiamnum dictus est ex mansuetis & gravibus moribus. Quippe sedatum ingenium ejus & taciturnitas, magna in fruentis puerilibus oblectamentis cautio, tarditas, ac labor, in percipiendis literis facilitas, & obsequium adversus sodales, flutitiae opinio: nec aliud ignotas & ignaviae praebuit. Stabilem vero altamque ejus indolem, & animi magnitudinem, atque certitudinem, pauci fore qui perciperent. Plutarchus in Fabio.

PRAECOCIA. Plinius lib. 7. refert, Catonem Cenforium velut ex oraculo prodidisse, Senilem juvenem praematurae mortis esse signum. Et apud Senecam libro Controverliarum secundo, & controverfia prima, Cestius de ingenio Alfi Flavii praedicasse fertur: Tam maturae magni ingenium non esse vitale. Talem putrum Sophocles ad praecocum vocat. Erasmus.

INDOLIS, MORUM NATIVORUM. E

Consideratio. Huc pertinet Indoles non mutata, constans.

Vide locum Constantiae, quatenus exempla Indolis in institutione & exercitatione confirmata continet.

MUTATA. Ex Loco Inconstantiae huc multa accommodari poterunt.

SALOMON, ob altam indolem, a sapientissimo patre est fratribus praetatus: in quo prudentissimum senem nihil aequè, ac pietatem spectasse, credere aequum est. Fuit ille sapiens, fuit dives, munificus, elegans: a pietate tamen deflexit, Ethnica uxori gratificatus: & quo major spes in juvene eluxit tuenda pietatis, eo molestius in senec desiderium fuit neglecte. Sabel. lib. 8. cap. 8.

CAROLUS Crassus Imperator, qui juvenis mira indole fuerat, ad eum degeneravit ab illa Caroli Magni stirpe, ut quod rebus suis publicisque superere non posset, curator ei daretur Carolomanni filius, nomine Arnolius, nobili exemplo, fratris filius patrum, qui & Augustus salutat est. Amil. lib. 3.

INGENIUM, INDOLES NATIVA, VIRTUS Vitiumve, per se elucescens, seic exeretis.

Edoia Graeci, naturam animi corporisque bonitatem appellant. Latini Ingenium, quasi ingenium, & comarum nobis dixerunt. Plato igniculos naturales, & quaedam veluti semina virtutum: Aristoteles virtutes praecivitates, seu propensiones quasdam vocavit. Et Plato quidem virtutes has virtutes in actum nobis adesse, in primo aetate animae descensu in corpus ita obliterari, ut non nisi atatis progressu demum emergant: eamque ob causam omnem nostram cognitionem praebentem esse censuit. Aristoteles autem dicitur philosophum potentiam tantum naturalem ad hoc bona, rationis atque sensus ope acquirendam, animo humano insitam affirmavit: eamque tabula rasa similem esse dixit, in qua nihil descriptum esset, omnia tamen describi possent. Itaque proficere sibi ausus, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Igniculorum virtus istorum ut varietas est magna, sic ab his temporis progressu excitatis, & in flammam erumpentibus, alios quidem aereis, aeneis, ferreis, alios argenteis, stanneis, plumbeis animabus praeditos videtur, idem Plato existimavit. Neque tamen quoad Animum tantum, verum etiam quoad Corpus & Fortunas, aequas virtutes ista in hominibus observantur, quas Astrologi secundariorum ad siderum influxum, Theologi primario ad providentiam divinam revocant: deus atque stulti nescio cui fortune acceptas referunt. Haec porò Natura femina, quoniam in primis annis tanquam flores quosdam edunt, in seipsum metumque spectatores & observatores rapere, & diligenter annotari consuevere: at illius tamen atque certis in ipsis adultis per fructus suos confirmata elucescit, cum memo in quovis genere virtutis excellere posse videatur, nisi Naturae fundamentum probe jactum habeat. De cognitione ergo Naturae, probe vel improbe, in quovis genere humanarum actionum passionumque in puerili aetate efflorescat, hic agemus: quam ipsam Ars superveniens, Exercitatio in super subsequens, plurimum vel promovet, & ampliat, vel impedit, & corrigere consuevit. Quatenus vero hac ipsa indole tanquam signo quid aliud colligitur, ut quando Democritus ex compositione factis Protagorae ingenium illius ad philosophiam praecive esse cognovit: sic ad Indolis cognitionem referri debet. Porro ejus naturae, quae in adultis in utramvis partem certinunt (cum secundum Animum quidem Medici, Rhetores, Philosophi boni Bonitate naturae necessario nituntur, secundum Corpus itidem detur Efficiacia quaedam nativa in alium agendi, V. G. Sanandi, Robur aliorum enervandi, Fajcinandi, Occidendi: secundum Fortunas denique Proclivitas quaedam ad Opes comparandas, ad Amicitia conciliandas, ad Dignitates consequendas) sub locis Habituum Animi, Corporis item, Fortunaeque bonorum, atque malorum, exempla consequimus.

INDOLIS, MORUM NATIVORUM. E Consideratio. Huc pertinet Indoles non mutata, constans. Vide locum Constantiae, quatenus exempla Indolis in institutione & exercitatione confirmata continet. MUTATA. Ex Loco Inconstantiae huc multa accommodari poterunt. SALOMON, ob altam indolem, a sapientissimo patre est fratribus praetatus: in quo prudentissimum senem nihil aequè, ac pietatem spectasse, credere aequum est. Fuit ille sapiens, fuit dives, munificus, elegans: a pietate tamen deflexit, Ethnica uxori gratificatus: & quo major spes in juvene eluxit tuenda pietatis, eo molestius in senec desiderium fuit neglecte. Sabel. lib. 8. cap. 8. CAROLUS Crassus Imperator, qui juvenis mira indole fuerat, ad eum degeneravit ab illa Caroli Magni stirpe, ut quod rebus suis publicisque superere non posset, curator ei daretur Carolomanni filius, nomine Arnolius, nobili exemplo, fratris filius patrum, qui & Augustus salutat est. Amil. lib. 3.

INDOLIS, MORUM NATIVORUM. E Consideratio. Huc pertinet Indoles non mutata, constans. Vide locum Constantiae, quatenus exempla Indolis in institutione & exercitatione confirmata continet. MUTATA. Ex Loco Inconstantiae huc multa accommodari poterunt. SALOMON, ob altam indolem, a sapientissimo patre est fratribus praetatus: in quo prudentissimum senem nihil aequè, ac pietatem spectasse, credere aequum est. Fuit ille sapiens, fuit dives, munificus, elegans: a pietate tamen deflexit, Ethnica uxori gratificatus: & quo major spes in juvene eluxit tuenda pietatis, eo molestius in senec desiderium fuit neglecte. Sabel. lib. 8. cap. 8. CAROLUS Crassus Imperator, qui juvenis mira indole fuerat, ad eum degeneravit ab illa Caroli Magni stirpe, ut quod rebus suis publicisque superere non posset, curator ei daretur Carolomanni filius, nomine Arnolius, nobili exemplo, fratris filius patrum, qui & Augustus salutat est. Amil. lib. 3.

SUBJECTI RESPECTU. Indoles. ANIMI HABITUM. VEL Theoricæ. Præ Theologicae.

JESUS CHRISTUS (quem Josephus Hominem dicere veteret nos non tantum Deum, sic ad Theatrum Deorum pertinere, sed

A Fortitudinarius. DAVID Isai F. pueritiam vix egressus, leonem & ursam in patios greges diversis temporibus irruentes, solus pedis manumque vi confecit. Quo successu immaturus, non dubitavit congreddi: non aetate, non statuta corporis, non armis, nulla denique realia praeterquam animi magnitudine illi par, sed felicitate major. Sab. lib. 1. cap. 4. ex 1. Reg. 27.

HYRCANUS II. Josephi F. puer etiamnum, legatione ad Ptolomaeum Epiphanem dextrè perfundus, irato patre propter maximos supplices factos, reliquorum fratrum ipsius virtuti invidentium insidiis exceptus, non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter ceteros: reliqui fuga evaserunt ad patrem Hierosolyma. Veniens autem ad urbem, cum exciperetur a nemine, terribis cecessit trans Jordanem fluvium, & illic per septennium vitam egit, tributa colligens a barbaris: quo tempore in Asia regnum obtinebat Seleucus Soter, magni Antiochi F. Josephus lib. 12. cap. 4. Antig.

HERODES Antipatri F. Galilaeæ praefectus, annum quintumdecimum vix excedens, latronum ducem Ezechiam Judaeam occidit, qui magna manu Syriam infestabat: omniumque animis conciliatis, viam illi ad regnum Judaeorum patefecit. Josephus lib. 14. Antig.

JUNO duos dracones ad perendum miserat Herculem puerum in cunis jacentem. Eos ille utraque manu faucibus apprehensos strangulavit. Unde illum Argivi, quoniam Junonis invidia gloria esset adeptus, cum aetate Alcaeus vocaretur, Herculem dixerunt. Pendebat Thebanis Ergino Minyarum regi tributum. Id cum superè nimis à Thebanis exigeretur, auctor popularibus viri Hercules, I tributum haud amplius mittendi, & ut Regis legati ob id ipsum Thebas missi, contra jus gentium pulsati viderentur. Erginus ad Creontem regem misit, ut auctores rupti fœderis ad supplicium dederentur. Creon Minyarum opes extimescens, senum consilio usus, cenabat Herculem, & qui ejus culpe participes essent, Minys dedit. Ad Hercules viam dum ephebus juvenitum, ut le ducem sequeretur ad partem a servitute vindicandam, animos fecit, & cum nulla tum privatum arma Thebanis essent, ne quid novi moliri posset civitas, et templis sacra arma revelare iussit: & Erginum, qui priusquam Thebanorum motus invalerent, inchoatum defectionem opprimere fludebat, cum valida manu juvenum, inestis locorum angustis, ex improviso aggressus, superavit & truncavit, victor Orchomenum Minyarum caput evertit. Hujus virtutis fama Graeciam pervagata, reddidit idem Hercules celebrè. Creon adolecentis prudentiam, praematurnaque virtutum comitum, Megaram ei filiam depondit. Sab. lib. 5. Em. 1. ex Dioid. lib. 4.

TROAZENII memorant, Herculem Troezenem ad Pintheum venisse: cumque accumbere vellet, leonis pellem deposuisse, accessisse & alios Troezeniorum pueros, & Thestem (qui apud avum Pittheum educabatur) annum agentem ferme septimum; ceteros, ut leonis pellem viderent, perterritos aufugisse: Thestem nihil magnopere tuementem, propius fuisse: arceperque de ferorum manibus bipentis, quod viventem leonem esse putaret, invadere illum voluisse. Paus. lib. 2.

De Achilles pueritia Pindarus Ode 3. Nemoorum hac scribit:

Εἰς τὴν δ' Ἀχιλλεύου, τὰ δὲ πρὸ τῆς ἡλικίας αἰ δέουσι, Παιδὶ τὸν ἄδελφον Μεγάλα ἔργα ἔχοντα δεικνύειν, Βραχυδάκτυλον ἄνοτον πάλαν, Ἴσον τ' ἀμύμων, μάλα λείωνται δ' ὑπερίστων ἰσχυροῦσι φωνῶν, Κεῖνος τ' ἄνευσι σφαιρατὰ δ' ἀπὸ κροτίδας Κεῖνος δὲ ἀδελφὸντα κείνου, Ἐξέστη τὸ πρῶτον. ἴσον δ' ἔπειτα ἄχρον τὸν ἑδαιμύων ἀρτεμὶς τὴν ἡδρασεὶ ἀδάνα, Κεῖνος τ' ἄνευσι, ἀπὸ κροτίδας δ' ἀπὸ κροτίδας Ποσειδὸν κροτίδας.

Flavius Achilles commotans Philyrae in aedibus, puer adhuc perfecti magna opera: manibus frequenter gravem sagittam quatenus aequalem ventis, pugna leonibus ferocibus caedem operatus est, suaeque sylvestres confecit. Corpora vero ad S. L. B. Theatr. vite Human. Tom. IV.

turnium Centurum anhelantia adhuc ferebat, sex annos primum natus. Toto deinde post tempore demirabatur ipsum Diana alacrique Minerva, occidentem cervos sine canibus dolosisque retibus: pedibus enim praestabat. Hippomedontis indolem, unius septem ad Thebas, Adrastra in supplicibus, apud Eurip. his verbis explicat.

Παιδὸν ἄν, κείνου δὲ αἰὸς ἰδὼν, Μυῖον ἰσχυροῦς, ἄνευ τῶν μακρῶν βίου, Ἄχρως δ' ἄνευσι, σφαιρατὰ τὴν πύρρον δάδα, Ἐχρως ἄνευ τ' ἀδελφῶν αἰὸς τ' ἄνευσι δάδα, Ἰσῶν δ' ἄνευσι, ἴσα τ' ἄνευσι δάδα, Πάλαν παραπύρρον σφαιρατὰ δ' ἀπὸ κροτίδας.

Cum puer esset, auctus est statum non ad voluptates Musarum vertere se, ad mollitiem vitae, sed in agris potius habitans, dura naturae exhibens, gaudebat fortitudine: venatumque exiens, equisque gaudens, arcuque extendens manibus, civitati exhibere corpus utile volens.

CYRUS puer, venatum eductus à praepceptoribus, permissu avi Assyagis, ubi cervam proflentem, aut aprum irruentem viderat, frustra inhibentibus custodibus, cum summo vitae periculo, generosi instar cauli, in feram impetum faciebat. Ducente Assyage contra Assyriorum regis F. qui sub specie venationis Mediam populabatur, Cyrus ephebus expedito consilio certaminis genere immutato, insignis victoriae de hostium equitatu adipiscendae auctor fuit. Ipse certe lymphato similis audacia incredibili hostes periequebatur, id unum spectans, ut inimicum feriret. Quin etiam parta victoria, ceteris domum abeuntibus, solus ille nihil aliud quam eos qui cecidissent obequitando spectabat, ab eoque vix abstrahatur praepceptorum minis. Xenophon. lib. 1. Pædia.

ALEXANDER Macedo, Philippi filius, Bucephalum equum insignem à patre nuperime emptum, quum à nullo subigi posset ut equitem pateretur, primus indomitae pervicaciae domandae rationem ostendit. Mox enim praeter omnium opinionem quadrupedem ascendit, ac citò utroque effusus aperto in campo habentis ad lassitudinem agitavit. Quam in filio indolem vigoremque exofulans Philippus, dixisse fertur: Aliud tibi regnum quaeras, fili: nam te Macedonia non capit. Memorabili illa pugna ad Charoneam edita, qua Graeciae opes funditus concideret, primus omnium impetum fecit in sacram Thebanorum cohortem. Quae quo insignis dimicavit, eò majus huic reliquit nomen, per quem primum impulsa est. Plutarchus.

Cum Epaminonda duce Thebani Spartam oppugnarent, Iliadas Phœbidæ etiam corporis eximia forma & proceritate, nudus exunctus & palestra procurrens, una manu lanceam, altera gladium arripens, coniecit se inter hostes, obivum quemque feriens & prostermens. Vulneratus fuit à nemine, sive deus ob virtutem tutelam ejus egit, sive amplior homine & angustior est visus. Hujus rei gratia ephoros fama est corona eum donasse, mox, quod sine armis fuisset decertare aultus, mille drachmarum multam ei dixisse. Plut. in Agesilao, & Elianus, lib. 6. var. hisfor.

Tulli Hostilii F. annos natus xiv. hostem manu percussit. Vide T. u. Vestitus virtutis ergo concessus.

C. MARTIUS, qui post Coriolani cognomen meruit, eo bello quod postremum Tarquinium regno pulsus, cum Latinis, qui restitueret eum conabantur, adversus Romanos gessit: civem Romanum servavit, hostem intrerunt, & à Dictatore civem coronam prope ephebus accepit. Plutarchus in Coriolano.

P. CORN. SCIPIO ductus in castra initio secundi Punici belli, septimum & decimum aequis annum, magnam laudem ab exercitu consecutus est, equitando, vigilando, omnium militari labore tolerando. Ea insuper documenta animi atque ingenii dedit, ut gratiam simul adipisceretur, & admirationem gentium commoveret. Nam equestris praelio, quod ad Ticinum animum P. P. Cornelius consul cum Annibale commisit, interfuisse Scipionem constat: proditumque memoriae à quibusdam auctoribus est, Cornelium patrem faucium, ac propè ab hostibus circumventum, à Scipione filio junctum pubescente fuisse servatum. Eo deinde tempore, quo apud Cannas cum magna calamitate ac propè pernicie Romani imperii certatum est, cum ad decem millia hominum Canusium perfulgent, & omnes uno ore Appio Pulchro, qui proximè aditus fuerat, & Cornelio admodum juveni imperium detulissent, declaravit Scipio, quanta sibi virtus, quantaque animi magnitudo inest. Nam quibusdam juvenibus de relinquenda Italia agitantibus, in consultantium cetum prorupit, ac stricto gladio jurare omnes coegit, se Rempublicam non deseruros. Auctor. vite Scipionis.

A P. Scipio, qui Carthagine & Numantia excisa, Africani juvenioris nomen obtinuit, sub L. Paulo Emilio patre naturali (quamvis ipse a consobrinis suo Africani filio adoptatus fuerit) bello Macedonico stipendia faciens, victo ad Pydnam Perseo, instar generosi patris prae voluptate nimium victoria elatus, persequendis hostibus, cum nunquam apparet, in maximum luum coniecit patrem Paulum & universum exercitum: & ferus tandem, jam prope deploratus, ab insequendo cum duobus aut tribus sodalibus rediit, recenti hostium cruore oppletus. *Plut. in Emilio.*

EMILIUS Lep. puer etiamnum, progressus in aciem, hostem interemit, civem servavit: cujus tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta praetexta, Sactro consulto posita. Iniquum enim putavit Senatui, eum honori nondum tempestivum videri, qui jam virtuti maturus fuisset. *Valer. Maxim. lib. 3. cap. 1.*

CATO minor a prima statim aetate mores voce vultuque, etiam per ludum, praese tulit ubique infractus, & constantes, terribilibus infestus. A ritu tam alienus, raro ut ad levi venia ritum deduceret supercilia. Non praecipit neque proclivis ad iram: ubi verò exarsisset, placatu difficilis. Cum salutaris gratia praetextatus ad Syllam venisset, & capita proscriptorum in atrium allata vidisset, paedagogum suum, Sarpedonem nomine, interrogavit: Quapropter nemo inveniretur, qui tam crudelium tyrannum occideret? Cuique contra non voluntatem hominibus, sed facultatem deesse, quod salus ejus magno militum praesidio custodiretur, respondisset: ferrum sibi dari obsecravit, affirmans, peracile se eum interfectorum, quod in lecto illius consistere solet. Paedagogus & animus Catonis agnovit, & exhoruit propositum, eumque postea ad Syllam non nisi excussim adduxit. *Plutarchus in Sylla & Valerius lib. 3. cap. 1.*

C. MARIUS ignobilis & obscurus, prima stipendia bello Celtiberico sub Scipione Africano, cum obsideret Numantiam, fecit. Neque ejus virtus inter juvenes praecellens alios, secessit imperatorem: quod disciplina mutationem, quam deliciis luxuque perditis militibus Scipio imposuit, hic facillime amplecteretur. Cum hoste congressus, in conspectu imperatoris eum oppressit. Qua de causa & aliis honoribus a Scipione affectus est, & insigni praerogativa cohoneatus, aliquando in convivio interrogatus, Quem post se duces habituri essent Romani? humero Martii leniter percussit, Hunc fortassis, inquit. *Plut. in Mario.*

C. N. POMPEIUS admodum adhuc juvenis, partibus Syllanis agebat: ac cum neque magistratum ullum cepisset, neque senator esse, magnas copias ex Italia consecravit. Quem, accersente Sylla, negavit sine manibus & incrementum ostensorum se imperatori exercitum: neque ante ad eum venit, quam hostium duces multis praesidiis contulisset. *Plut. in Appob.*

JUGURTHA Mastanabalis F. Masinissa nepos, non luxu & incertis, ubi primum adolevit aetas, se dedit: sed equitate, jaculati, certare cum aequalibus cursu, lucta aliisque certaminibus, multa ad haec praecleara venando, ut mos est gentis, edere facinora, & quod ad conciliandam illi gratiam plurimum valuit, quod magis erat omnibus admirationi, eò minus de se loqui. His primae aetatis rudimentis Micipsa ejus patruus permotus, oppressisset fraude adolescentem, nisi veritas esset, ne ob ejus mortem defraudata aliqua, aut intestinum bellum oriretur. Abligavit ergo eum ad Scipionem, qui tum Numantiam obsidebat, ut feroc juvenis obiectando se periculis extingueretur. At contraria omnia evenere. *Sabell. lib. 1. Enn. 5. ex Sallustio.*

Galerius Maximinus Caesar Bastarnas, Carpos, & Sarmatas trans Istrum adorus, insigni victoria superavit. Eo in bello Constantinum, Constantium item Caesaris collegae sui F. quem pater fraternali fidei obsequium Galerio in re militari erudiendum dederat, cum ejus laudi videret, consulto sub specie honoris variis periculis obiectavit, quae ille semper insigni animi fortitudine depulit: praecipue autem duci Sarmatarum in campum procedunt oppoluit, ipsum vivum corripuit ann. aetatis xv. idque primum specimen futurae magnitudinis edidit. *Sigon. lib. 1. occid. Imper.*

THEODERICUS, Theodomeri filius, adhuc puerulus, manifestam indolem ostendit ejus virtutis, quia Herulorum regem Odoacrum Italia pulsurus erat, eamque Ostrogothorum imperio subiecturus. Inficio patre, parvo comitatu Sarmatas (qui nunc Rusorum ac Polonorum pars esse dicuntur) invasit, &

ingentem praedam abegit. *Fulg. lib. 3. cap. 1.*

GUILIELMUS Fortulienium ducis, a Cacano Hunno caesi, quatuor filii, Tato, Caco, Rodualdus, & Grimoaldus, cum occulente se ex hostium manibus eripuisent, fuga salutem petere con tenderunt. Ex quibus unus eorum Grimoaldum puerum (qui post regno Longobardorum potitus est) currenti effuse equo male haerentem perimere, ne in manus perveniret hostium, voluit: verum puerulo clamante, & se apte infesturum, & ceterorum curam aquatum esse dicente, deterritus, ipsum in equum nudum imposuit, & se subleque qui iussit. Reliquis autem elapsis, Grimoaldus aegre equo insistentis, ab insequente Hunno est captus. Verum, cum in castra reveheretur, facinus in viro, nedum in puero, memorabile edidit. Nam praevius equitis, & equum suum freno trahentis caput tanta vi gladio appetit, ut fopitum exanimemque relinqueret. Ita repetita fuga, curi intentione usus, fratres tandem est assecutus. Hic est ille, qui postea Beneventanos cum fratre Rodaldo a Sclavorum oppressione liberavit, & fratre deo creato, ad Longobardorum regnum evectus est. *Sabell. lib. 4. de vetust. Aquil. & Sigonius lib. 2. regn. Ital.*

BALDUINUS III. Hierosolymorum rex, anno aetatis xv. futurae fortitudinis signa dedit. Nam cum Stantax Turca, propter discordias quas cum fratre suo Mejeredin Damasci Solano habebat, urbem Arabae Bostrum (quam nunc Buzeret appellant) & arcem Selchor obtulisset, dummodo paria a Balduino in Judaea acciperet: contra omnium sententiam quadriduum cum exercitu per medios hostes profectus, cum Bostrensis interea civitatem Sultano dedisset, omnique spe reditus interclusa, quidam cum hortarentur, ut facer Crucis ligno (quam in castris secum habebat) accepto, cum duobus comitibus fuga se inde abriperet: mori se male dixit, quam exercitum deserere. Infructo igitur exercitu profectus, cum Turcae siccas herbas ac arbuta succendissent Episcoporum qui castra sequebantur precibus veni in contrarium stante, ab incendio liberatus, in Syria incoluntis rediit. *idem.*

CAROLUS ZENUS Venetus, Petri Zeni apud Smyrniam a Turcis interfecti F. a Pontifice Maxim. Patrensi Sacerdote amplissimo donatus, Turcas acie victos admodum juvenis repulit, idque primum virtutis specimen dedit. Non multo post classis praefectus, tantas res contra Ligures gessit, ut libertatis Venetae conservator appellari queat. *Egnat. lib. 3. cap. 1.*

ROBERTUS MALATESTA, Sigismundi filius, Ariminensis princeps, juvenis adhuc, post patris obitum, Appollohnum Ursinum Pontificis copias praefectum ipse multo paucioribus insigni praesidio vicit. Hic est ille, qui post a Venetis Romanis missus, Ferdinandum Neapolitanum regem pugna memorabili superavit, captis principibus non pacis, regeque ipso effugato; sed triduo post tam celebrem pugnam vita functus est. *Ibid.*

URSATUS JUSTINIANUS Venetus, adhuc juvenis, tritremis unius praefectus, ad Drapalum tanta animi magnitudine in hostilem tritremem invehctus est, ut ea facile oppressa, viam reliquis fecerit hostes facillime opprimendi. Itaque Petro Laureriano Imper. auctor clariss. victoriae de Genuensibus patre extitit. *Ibid.*

GALAECHUS Vicecomes, Marthae Magni Mediolanensis principis F. vel plane puer tanta equorum atque armorum cupiditate erat incensus, ut aliquando maturus quam aetas ferre posset, thoracatus, galeatusque ludicra certamina equo, & invio quidem patre, evolavit ad Boltrini Panicalia castra, qui Pontificiae militiae scepra tenebat. Adhuc primum Spoletanum equitum, cui ab iracundia Scoruccio cognomen fuit: apud hunc quatuor annos permansit, adeo pertinacis corporis ac animi contentione semper usus, ut ex armigero puero ferocium equorum domitor, & mox Lateronis nomine strenuus miles, cuncta officia militiae Scoruccio charus adimpleret. Postquam Boltrinum tyrocinio, domum rediit, intestino revocato bello: sed ibi demum pace parva, militiam repetivit, oppignorato fundo, ut armis & equis instructor domo emitteretur, propinquus, uno patre excepto, sumptum improbantibus:

MAGNUS SFORCIA duriore domestica educatione vulnerum & periculorum contemptor factus, cum tredecim annos natus, miram indolem ad militiam afferret, clam arrepto domi equo, & invio quidem patre, evolavit ad Boltrini Panicalia castra, qui Pontificiae militiae scepra tenebat. Adhuc primum Spoletanum equitum, cui ab iracundia Scoruccio cognomen fuit: apud hunc quatuor annos permansit, adeo pertinacis corporis ac animi contentione semper usus, ut ex armigero puero ferocium equorum domitor, & mox Lateronis nomine strenuus miles, cuncta officia militiae Scoruccio charus adimpleret. Postquam Boltrinum tyrocinio, domum rediit, intestino revocato bello: sed ibi demum pace parva, militiam repetivit, oppignorato fundo, ut armis & equis instructor domo emitteretur, propinquus, uno patre excepto, sumptum improbantibus:

ABUS: ad quos juvenis conversus: Definite, inquit, mussare: militari enim quaestu aut cuncta cumbulante, aut idem mea haereditas, si acie occisus cadam, cumulare perlovet. Itaque primo cataphractus equus (hi eo tempore quatuor equos trahabant) & non multo post turax, & demum ala praefectus, sub Alberico, Broila & Aucto secunda fama militavit, adeo ut uberiori semper stipendio, & majore praefectura dignus haberetur. *Jovius in ejus vita.*

EO in praesidio, quod Magnus Sforcia pater cum Angelo Lavello, cui post ob haerentiam linguae Tartalia cognomen fuit, ad Tulcanellam improvise acie commisit, Franciscus Sforcia filius, sextumdecimum natum annum, quod antea ei pater minime concesserat, in adversos hostes alacriter hastam perripit, subindeque cingulo militari & calcaribus aureis, praeclearo etiam hostium testimonio, exornari promeruit. *Jovius in ejus vita.*

ULADISLAUS I. Polonorum rex Seecechum Palatinum Cracoviensem cum exercitu contra Motavos mitebat. Boleslaus III. filius (qui mortuo patre bellicis artibus mirifice claruit) nonum tunc agens annum, genua patris amplexus, cum exoravit, ut cum Seececho mitteretur. Ubi ad exercitum ventum est, puer singula, quae sibi aut, curiosos observare, versari inter ordines, omnibus aridire, aetum imbreque pati, vigilare, humi cubare, vigiliis cum Seececho obsequitare, aliaque multa praeter aetatem facere, seretque: ita ut indoles illi studiumque pueri, futuram ejus magnitudinem non obscure potenderet. *Cromerus lib. 5.*

ALFONZUS, Ferdinandus Aragonum regis primigenius, vix adolescentiam ingressus, cum ille venatum, eximia magnitudine aprum urgebat, nec procul aberat Iberus longe maximum Hispaniae flumen, Calataugusta muros praeterfluens: huc aper, per rimasque invia se demittens, aquas ingreditur. Alfonso ne tam insignem victoriam amitteret, Bernardo Centella, cujus cura commissus erat, frustra magnis clamoribus revocante, aliquandiu periculis, strenue occidit & maximi apti, & maximi fluminis victor. Rex ubi recevit, inter cogitationem periculi & admirationem facti, nec indignationem nec laetitiam ostendit: ut neque strenuitatem reprehenderet, atque audaciam adjuvare videretur. Hac ex indole Alfonso futurae magnitudinis specimen dedit, qui postea regnum Neapolitanum & Siciliae adeptus, res gessit maximas. *Valla lib. 2. Historiarum.*

Eidem Alfonso tenerum aprum faucium ferire iussit a patre, dum multi cum ritu hilaritateque circumstantes illum adhortantur, Bernardi Centellae pedagogi equus calcem incussit in exteriori parte sinistri tanta vi, ut quamvis represso gemitu magnitudinem mali diffimulare conaretur, pallor tamen infectus, atque rigor cum animi defectu dolorem ingentem periculose plagam indicarent. Et erant qui Bernardo fugam suaderent. Sed frater solus distastit, ne velut noxium ac sceleris confcium multum insequeretur ad retrahendum. Rex cum attonitus accurrit, & fremens exclamaret: Ubi est qui primigenium meum peremit? Alfonso doli relutans: Nihil est, inquit, periculi, pater: equus me, non homo percussit. Ea voce patris iram mitigavit, & pedagogi vitam consuluit. Vix tandem, reliquis medicis desperantibus, a Ferdinando Alfonso chirurgo vel hac a curatione aeterna digno memoria curatus est. *Valla lib. 2. Historiarum.*

CONSALVUS Agidarius Cordubensis, Magni cognomen proterum gestarum gloria adeptus, puer tanta indole statim distulit, ut quamvis Alphonso frater ejus nato major foret, etiam illam omnia omnes adhuc puero tribuerent: sperarentque pro certo futurum, ut clarissimus evaderet, haberentque una Hispaniae, quem & militari gloria, & pacis artibus ceterorum omnium gentium regibus & imperatoribus obicerent. *Enghelso lib. 3. cap. 1.*

FERDINANDUS DAVALUS Piscarius ut primum ingredi firmiter, & loqui distincte cepit, parva curulia tormenta effingendo, graviter concionando, praeferendoque vexilla sequentibus pueris, & multiplices pugnas committendo, cuncta munia imperatoris implere videbatur, obsecrare saepe Mulephilo praepotere, ut ingenium ab his inanibus ludis ad Litterarum Latinarum studia revocaret. Sed ille quam esset literis studendum, historis potius & fabulosis carminibus, vernacula & praefertim Hispanica lingua conscriptis oblectabatur, quibus heroum & fortissimorum equitum admiranda facinora celebrantur. *Jovius ejus vita lib. 1.*

POMPEIUS COLUMNA Cardinalis, cujus ope post ab exercitu Caroli V. Imperat. Roma capta est, decimum octavum agens annum, etiam sub praepotere nihil de litterarum studio remittebat. *L. B. Theatr. vitae Human. Tom. IV.*

rer, cum M. Antonio tamen parvule, aetate paulo majore, de bellicis laudibus, & de majorum suorum praeclearis gestis affidue disputabat; neque obscure arma tractare malle videbatur, quam consensere in litteris, quae praestantissimis tantum ingenis gloria afferrent, medicorum autem vix necessaria vitae frugi alimenta praebere conessent. *Jovius in ejus vita.*

MATHEUS SCHNERUS Sedunensis Cardinalis, humililo loco inter Vallefanos natus, dum puer capras pasceret, vulpem dormientem prehendit, & unguibus licet dentibusque reluctantem, domum retulit. Si tolerantiam vulnere species, fortitudinem puerilem admirabere: si vero in retinenda bellua pertinaciam, indicium fuisse dices ejus constantiae, quam post in Maximilian I. Imp. partibus fovendis reipia ostendit. Exemplum unum sit instar omnium. Gallorum rex Ludovicus XII. charta alba cum sigillo regio ad eum missa, quaecumque vellet condiciones scribere iussit, per se non staturum, quo minus ratur foret, si modo ipse, relicto Caesare, Gallicanas partes apud Helvetios tueretur. Tum Cardinalis ad legatum: Nec nidum Galle tuam, nec volucem volo.

JOSEPH Israelis filius adhuc puer, quum in Putipharis domo Memphi ferviret, non herilibus illecebris, non suppliciorum metu subigi potuit, ut muliebrem libidinem secutus, cum hera, a qua proaciter appetebatur, solus stuprum faceret, Maluit castissimus puer in tenebris, inter reos & fontes jacere, quam eam domum, in qua elementer ac benigne alebatur, flagitio foedare dignus, qui plus in iis tenebris, in quas coniectus est, quam omnis Aegyptiorum sapientia viderit. *Sabellius lib. 1. cap. 3.*

STEPHANUS Constantiopolitanus presbyter, ab ortu suo jejunia observavit, & infans strenue coluit. D. Nicolaus Myreus, & Sisinus Thauensis Episcopi, idem fecerunt. *Marrili lib. 4. cap. 1.*

P. SCIPIO Africanus major, capta Carthagine in Hispania, perductaque ad eum, etiam admodum adolescentem, puella nobili atque eleganti forma: puellam castae sanctaeque in suum adventum custoditam, adolescenti nobilissimo, cui desponsata erat, intactam & sine precio restituit. Illud dumtaxat cum eo pactus, ut amicus inde esset Rom. populi: & ut in animum induceret, in Romana civitate multos esse viros sui similes. *Sabellius lib. 1. cap. 4.*

LIBIDINIS.

QUARTILLA scortum nobile a Petronio Arbitro introductum sic loqui: Junoneam meam iratam habeam, si me unquam meminim virginem esse. Nam infans cum paribus inquinatum, & subinde prodeuntibus annis, majoribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatem perveni. *Erasmus in Adagio.*

LIBERALITATIS.

ASTIAGES Cyro nepoti in caena multis cum festinis, tum quicorum animalium carnes apposuisse ferunt. Cyrus autem quum eam carnium copiam videret: Datis mihi, ait, ave, carnes haec universas, ut ex animi lubitu eis utendi mihi facultas sit? Do vero (inquit ille) per Jovem, mi fili. Ibi tum Cyrum ajunt sumentem carnes, inter avi ministros distribuisse, quum ad singulos hujusmodi quaedam diceret: Hoc tibi do, quod lubente animo equitandi praeccepta mihi tradis. Hoc tibi, quod tragula me donaris, quam etiamnum habeo. Tibi vero, quod avo praecleari intersis. Tibi, quod matrem meam honore afficis. *Xenophon de Instit. Cyri lib. 1.*

ALEXANDER, Philippi filius, aetate puer, aris adnotus, sacrorum causa, largius thura focis congestit. Tum Leonidas praepotere: Sic sacrificabis, inquit, quando Arabiam subegeris. Ille vocis memot, robustus rex & jam victor, thurisferis genibus bello subactis, navem ad eum thura onustam misit: praeciens, ut cum Diis parvus esse desineret, qui secum tam benignè agerent. *Plin. in Appob.*

C. JUL. CAESAR adolescens adhuc a piratis captus, ut opulentiam suam ostenderet, cum viginti tantum talenta pro redemptionis pretio exigerent, quinquaginta persolvit. *Plutarchus in ejus vita.*

PLUTARCHI Cheronae filiole Timoxenae indoles profus felle carebat, placidaque erat, ejusque mutus amor & benignitas, voluptatem simul & significationem praebat humanitatis. *K k a 115.*